

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gratitudo siue graciarum actio p
cum uariis

Nullum officium referenda gracia magis necessarium. Nam si Hesiodus iubet reddere maiore mensura, quam acceperis utenda, quid debemus facere prouocati beneficio? Imitari agros fertiles, qui multo plus reddunt, quam acceperunt. Quia, si non dubitamus bona conferre hiis, quos speramus nobis profuturos, quales debemus esse in eos qui iam profuerunt? Nam demus uel non demus, in nostra potestate est; non reddere uero bono uiro non licet, si absque iniuria id facere possit.

Seneca in quadam epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

officium] magis quam *add.* V² L¹ L²; magis *om.* V² L¹ L²; necessarium] necessaria P V¹; iubet] iubat (*cor. supra lin.*) C; beneficio] in *add.* (*del. sub lin.*) B; acceperunt] acceperint P V¹ V² L¹ L²; dubitamus] dubitemus M; quos] quod M; non] debi *add.* (*del. sub lin.*) B; epistola] habetur in Tullio primo de officiis capitulo de liberalitate *add. in marg. ab alia manu* C